Speth, Eugenius: Theologia scholastica tripartita (Vorlesungsmitschrift): Band 2

Salem, 1684–1685





plura peccata habent speciem essentialem à fine, si redundat in ipsum objectum, et intrinsecè causat in eo diversitatem. si non eo modo redundat, nego antecedens. potest non fieri ut finis, qui apparet esse extrinsecus operantis, sit revera intrinsecus etiam operis, ut ostenditur in exemplis adductis. non quia objectum et finis intrinsecus mendacii est dicere falsum cum intentione fallendi, quod tamen intentio dicere falsum in materia jocosa constituit mendacium jocosum, in materia perniciosa perniciosum, et sic in aliis vitiis linguae. ubi vides, quod intentio fallendi in tali vel tali materia ingrediatur rationem objecti, et finis intrinseci. plures in hac materia distinctiones vide q. 4. hujus disputationis. quaestio 7. an idem numero actus humanus simul et successive possit habere bonitatem et malitiam?

Hoc enarratum est fines extrinsecos, sed objecta nulla finis extrinseci, sed habent rationem modificantis.

Lect. 47.

# QUAESTIO VII.

## AN IDEM NUMERO ACTUS HUMANUS SIMUL ET SUCCESSIVE POSSIT HABERE BONITATEM ET MALITIAM?

Praesciendum primò. primam partem propositae quaestionis videlicet, an idem actus humanus possit simul habere bonitatem, et malitiam, posse intelligi. Primò. an possit simul habere